

Stufengebet

- S** In nómine + Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen.
Introíbo ad altáre Dei.
- M** Ad Deum, qui laetíficat juventútem meam.
- S** Júdica me, Deus, et discérne causam meam de gente non sancta: ab hómine iníquo et dolóso érué me.
- M** Quia tu es, Deus, fortitúdo mea: quare me repulísti, et quare tristis incédo, dum affligit me inimícus ?
- S** Emitte lucem tuam et veritátem tuam: ipsa me deduxérunt, et adduxérunt in montem sanctum tuum et in tabernácula tua.
- M** Et introíbo ad altáre Dei: ad Deum, qui laetíficat juventútem meam.
- S** Confitébor tibi in cíthara, Deus, Deus meus: quare tristis es, ánima mea, et quare contúrbas me ?
- M** Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: salutáre vultus mei, et Deus meus.
- S** Glória Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto.
- M** Sicut erat in princípío, et nunc, et semper: et in saécula saeculórum.
Amen.
- S** Introíbo ad altáre Dei.
- M** Ad Deum, qui laetíficat juventútem meam.
- S** Adjutórium nostrum in nómine Domini.
- M** Qui fecit caelum et terram.
- S** Confíteor Deo onnipoténi, beátae Maríae, semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístae, sanctis Apóstilis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et vobis, fratres: quia peccávi nimis cogitatióne, verbo et opere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa.
Ideo precor beátam Mariam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et vos, fratres, oráre pro me ad Dóminum, Deum nostrum.
- M** Misereátur tui omnípotens Deus, et dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam aetérnam.
- S** Amen.

M Confíteor Deo onnipoténi,
beátae Maríae, semper
Vírini,
beáto Michaéli Archángelo,
beáto Joánni Baptístae,
sanctis Apóstilis Petro et
Paulo,
óm nibus Sanctis, et tibi,
Páter: quia peccávi nimis
cogitatíone, verbo et opere:
mea culpa, mea culpa, mea
máxima culpa.
Ideo precor beátam Mariam
semper Víriginem,
beátum Michaélem
Archángelum,
beátum Joánnem
Baptístam,
sanctos Apóstolos Petrum
et Paulum,
omnes Sanctos, et te,
Páter, oráre pro me ad
Dóminum, Deum nostrum.

S Misereátur vestri
omnípotens Deus, et
dimíssis peccátis vestris,
perdúcat vos ad vitam
aetérnam.

M Amen.

S Indulgéntiam,
absolutiónem + et
remissiónem peccatórum
nostrórum tríbuat nobis
omnípotens et miséricors
Dóminus.

M Amen.

S Deus, tu convérsus
vivificábis nos.

M Et plebs tua laetábitur in te.

S Osténde nobis, Dómine,
misericórdiam tuam.

M Et salutáre tuum da nobis.

S Dómine, exáudi oratióne
meam.

M Et clamor meus da te
véniat.

S Dóminus vobíscum.

M Et cum spírítu tuo.

Oremus.

Aufer a nobis, qáesumus,
Dómine, iniquitátes nostras: ut ad
Sancta sanctorum puris mereámur
méntibus introíre. Per Christum,
Dóminum nostrum. Amen.